proficit in bonum quidē suo scelere conpuncti in xpm
postea crediderunt. pro quib; ipse orauerat dicens. Pat(er)
ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. De qua eorū
ignorantia & apostolus dicit testimoniū illis phibeo
quia zelū di habent sed non secundū scientiam. Tunc
enim & hoc subiunxit adque ait. ignorantes enim di iusti
tiam & suam uolentes constituere. iustitiae di nō sunt
subiecti. Haec dixit esaias quando uidit gloriam
eius & locutus est de eo. quid uiderit esaias & hoc quo
modo ad dnm xpm pertineat in libro eius legendum
& intellegendū est. uidit enim non sicuti est sed modo
quodam significatio sicut prophetae uisio fuerat in
formanda. nā uidit & moyses & tamen ei quē uide
bat dicebat. si inueni gratiam ante te ostende mihi
temetipsum manifeste ut uideam te. quia non ui
debāt sicuti est. Quando autē hoc nobis futurū sit
idem ipse scs iohannis euangelista in epistola sua dic(it)
Dilectissimi filii di sumus & nondum apparuit quid
erimus, scimus quia cum apparuerit similes ei eri
mus qm uidebimus eū sicuti est. poterat dicere qm
uidebimus eum & non addere sicuti est. Sed quia
sciebat a quibusdā patribus & prophetis uisū
sed non sicuti ē. ideo cum dixisset uidebimus eum
addidit sicuti est. Nemo enim uos fallat fratres eorum
qui dicunt inuisibilē patrem & uisibilem filium.
Hii hoc asserunt qui putant eū esse creaturā
nec intellegunt secundū quod dictū est. Ego & pater unū sumus,
prorsus in forma di in qua aequalis est patri & ita filius
inuisibilis est. Ut autē ab hominib; uideretur formā ser
ui accepit. & in similitudine hominū factus uisibilis fac
tus ē. Ostendit ergo se & ante quā susciperet carnē
oculis hominū sicut uoluit in subiecta sibi creatura. nō si
cuti est, mundantes corda p fidē ineffabilē illi & ut ita dicā
inuisibili uisioni p̄paremur. beati enim mundo corde
quia ipsi dm̄ uidebunt. Uerum tamē & principibus